



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quàm graüter puniatur falsum testimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

dere aut accusare, idque fit negligentia ipsorum & inscitia: tunc enim iusta causa sæpè pro mala iudicatur, aut mala pro iusta: quia aduocatus asinus est, & non euoluit libros, & sic negligit causam proximi, quod tamen sibi nollet fieri, Mat. 7. Quare tenetur ad restitutionem damni. Item, quando falsa allegat, & docet falsum testem, ut sic causę victoriam obtineat: Sic enim facere solēt illi spermologi suis cauillationibus, astutijs & calliditatibus verborū, causam pauperis vel aggrauantes vel falsificantes. Periculosum itaq; valde est, procuratorē agere, cum præsertim avaritia & inuidia regnāt, & proximus pauper grauatur vel causa à iudice suspenditur vel prolongatur.

Tertiò, iusti iudices & procuratores ut habent magnam promissionem gratię Dei, sic & pœna ipsos expectat si iniusti fuerint. Esaias primo cap. dicit: Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo; defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinū, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt &c. Ecce magna Dei promissio atq; bona iustis iudicibus. E diuerso suas habent comminationes, qui negligunt in iudicio pauperes, & præter munera iudicant. Hierem. 15. Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendum feras: sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt, ditati, incrassati sunt & impij guati, & prætereunt sermones meos pessimè, causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non dixerunt, & iudiciū pauperi non iudicauerunt: at nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiusmodi non vleiscetur anima mea? ideo vir cum muliere capietur &c. Vide totum cap Hier. 5. & 6. Insuper omnes ferè prophetæ clamauerunt & conquesti sunt de falsis illis iudicibus ac procuratoribus;

toribus, qui vorantes munera, hoc habent pro
 gio: *Es möchte der iemg seyn* &c. Esai. i. Omnes
 diligunt munera, sequuntur retributionem, pupilli
 non iudicant, & causa viduæ non mouet eos, propheta
 hæc ait Dominus, conteram scelestos peccatores
 qui Dominum derelinquunt, cōsumentur. Sopho
 3. Iudices eius lupi, vesperè non relinquebant in
 nē: propheta eius vesani & viri infideles: manē
 nē, iudicium suum dabit in luce, & non abscondet
 &c. Pilatus quoq; falsus iudex, & Iudas proditor
 uocatus falsum suum acceperunt præmium: idē
 cit propheta Dauid Psalm. 57. Rectè iudicate filij
 minum &c.

NONUM DEI PRAECE
 ptum, Non concupisces do-
 mum &c.

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *Quæ sit differentia inter legem Dei, & leges
 humanas ac philosophiam.*
2. *Quòd concupiscentia etiam sine externo op
 re peccatum est.*
3. *Quomodo non debemus concupiscere domum
 proximi.*

1. **H**AEC est differentia legis Dei ab huma
 nis legibus & philosophia, quia leges
 humanæ prohibent externa facta
 num & operis, & illa punit ac damna
 i. Tim. i. Lex iniustus est posita &c. idē
 humana potestas & philosophia solam externam et